



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De secundo anno, qui post illum ieunandus est, & quibus poenitentibus
dandus sit. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

los quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diem. Et in Pascha vsque in octauum diem, Et in Ascensione domini, Et in Pentecoste quatuor dies, Et in Missa sancti Ioannis Baptiste, Et sanctae Mariae, Et XII. apostolorum, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii, & omnium sanctorum, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Christianis, id est, vtatur eodem cibo & potu quo illi. Sed tamen ebrietatem & ventris distensionem, semper in omnibus caueat.

*Grego-
era co-
intelli-
nimit-
o'miferi
adictum
djam: fa
us Augu-
at, in ie-
perpe-
erseuer-
oui. Ma
rare in
o igna-
nes, &
nt.
das
unadas
es dies
riam pa-
teriam,
à car-
ii piso
habe-
s pilce
cerur
nni, il-*
*Itte annus secundus est ab illo anno, qui in pane & aqua obser-
vandus est, & post illum ieunandus. Qui etiam dandus est illis,
qui viros ecclesiasticos sponte occidunt, & in consuetudine ha-
bent sodomiticum scelus, & qui in consuetudine habent contra na-
turam peccare, & in Ecclesiis homicidia sponte committunt, &
Ecclesiis incendunt, & in Ecclesiis adulteria committunt, & qui
alia huiusmodi perpetraverint. Cap. X.*

POEnitentia illius anni, talis esse debet, ut duos dies, id est, secundam & quartam feriam, in unaquaque hebdomada ieunet ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, id est, pane & leguminibus siccis, sed coctis, aut pomis, aut holericibus crudis, vnu eligat ex his tribus, & vtatur, & certissimam bibat, sed sobrie. Et tertium diem, id est, sextam feriam in pane & aqua obseruet, & tres quadragesimas ieunet, vna ante Natale domini: secundam ante Pascha, tertiam ante Missam sancti Ioannis, & si tota quadragesima, ante missam sancti Ioannis implere non possit, post missam impletat. Et in his tribus quadragesimis ieunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est, & VI. feriam ieunet in pane & aqua. Et in diebus dominicis, & in Natali domini, illos quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diem. Et in Pascha vsque in octauum diem. Et in Ascensione domini, Et Pentecoste quatuor dies, Et in missa sancti Ioannis Baptiste, Et sanctae Mariae, Et XII. apostolorum, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii, Et omnium sanctorum, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Christianis. Sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem, semper in oībus caueat.

Ex eodē.

NN iii